



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Spes & Fiducia, Cuius Iudicisqve Dei, Erga Homines In Hac
Vita Existentes, Firmata**

Stengel, Georg

[S.l.], 1645

§. 11. Quanta patientia Deus, ad cordis nostri ostium, pulset, & expectet?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49823](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49823)

§. XI.

*Quanta patientia Deus ad cordis nostri ostium
pulsat & expectet?*

Immò tam excellens est diuinæ bonitatis
magnitudo, vt ipsa pulsat, & recipi flagitet.

*Emulare ergo, & pœnitentiam age. Ecce sto
ad ostium, & pulso, inquit, si quis audierit vo-*

*Apoe. 3.
20.*

*cem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo
ad illum. Abraham & Loth, ille in ostio taber-*

*Gen. 18. 1.
Gen. 19. 1.*

naculi sui, iste in foribus ciuitatis sedit, vt ho-

spites Angelos introducerent; vterq; cucur-

rit in occursum eorum: vterque pronus in

terram, summis precibus, rogauit, vt diuer-

*Ioan. 1.
Luc. 2.*

tere dignarètur. Nunc ipse sæpe Deus stat ad

ostium, ipse pulsat, ipse hospitium rogat; &

sui eum non recipiunt, nec est locus in diuersorio.

Luc. 9. 54.

Quid facere posset, quid deberet, si rem hu-

mano affectu vellet æstimare? Samaritani

aliquando Christum in ciuitatem non rece-

perunt. Cum vidissent autem discipuli eius Ia-

cobus & Ioannes, dixerunt, Domine, vis dicimus

vt ignis descendat de cælo, & consumat illos? Et

cõuersus increpauit illos, dicens: Nescitis, cuius

spiritus estis. Filius hominis non venit animas

perdere, sed saluare. Itaq; etiam repudiatus

stat ad ostium, & pulsare perseuerat; idque

non solùm ob suam immensam bonitatem,

Matth. II.
22.

sed etiam ob preces & bonitatem suorum. Cum enim vel Sancti eò mansuetudinis perueniant, ut neq; de extremè desperatis desperent; quantò magis decet ipsum Magistrum Sanctorum (qui dixit: *Discite à me, quia mitis sum*) esse in eosdem benignum, atque misericordem?

§. XII.

Magnorum est, ut sint in aduersarios benigni.

Suspiciuntur homines, & laudibus in cælum tolluntur, qui se ipsos vincere, aduersarios benignè habere, & facilè ignoscere possunt ijs, à quibus violati fuerunt. Et, Poëta teste, *Quò quisq; est maior, magis est placabilis ira.* Certè Ecclesia S. Stephani, pro lapidatoribus suis Deum precantis, exemplum intùita, ita nos docet orare: *Da nobis, quesumus Domine, imitari, quod colimus, ut discamus, & inimicos diligere: quia eius natalitia celebramus, qui nouit etiam pro persecutoribus orare.* Si ergo pulchrum est hominibus, benefacere ijs, à quibus maleficio affecti sunt; quantò id ad Numinis gloriam erit conuenientius? Neque enim potest, in vlla virtute, infinitis modis perfectus Deus, à mortalibus superari. Nihil ergo mirum, si
summa